



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. LVIII. Romanam Primogenituræ. Usufructuarius universalis an  
consequi debeat usumfructum de solis bonis remanentibus facta  
detractione tam legitimæ quàm æris alieni, quamvis creditores vel filii ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](#)

nebat solum liberationem ejusdam prædij ab one-revel servitute ususfructus universalis, quod non tollit qualitatem universitatis, dum abscondit, vel ex-emptio unius membra non tollit universitatem corporis; Et si erat non uti legato in hac re, non au-tem novare naturam ususfructus, & de universali facere particularē, cum id sequi dicatur, quando præcise & taxativē ad certa bona restringitur; Et quamvis in eadem conventione adeset notula bonorum, jurium & effectuum, in quibus excepto dicto prædio ut supra liberato, ususfructus ad favorem mulieris remanebat, nihilominus dicta bona & ju-ra slabant demonstrativē non autem taxativē, con-tinuante jure universali penes ipsam legatariam, ad quam spectare quoque debuit esse ususfructus alio-rum bonorum & jurium, quæ in futurum ad hæ-reditatem spectare detegeretur.

ROMANA  
PRIMOGENITURÆ,  
PRO  
PHILIPPO COSTA,  
CVM  
OCTAVIO EIVS FRATRE.

*Causa pendet in Rosa.*

Ususfructarius universalis an consequi de-beat usumfructum de solis bonis remanentibus facta detractione tam legitimam quam æris alieni, quamvis creditores vel filii adhuc non urgeant, neque ad bonorum separationem procedatur; Et sic an commodum medij temporis ex credito-rum vel filiorum negligenter resultans sit hæreditis proprietarij, vel potius ususfructuarij; Et de debitis hæreditariis solven-dis; An illorum solutio speget ad hæ-rem proprietarium vel ad ususfructua-rium.

SUMMARIUM.

1. **F**acti series.
2. Debita restatorii an sint solvenda per ususfructuarium de fructibus, vel per proprietarium.
3. Commodum resaltrans ex negligenter creditorum in non perendo satisfactionem, an cedat in benefi-cium hæreditis proprietarij, vel ususfructuarij.
4. Ususfructus legalis debeatur de eo quod superest detrac-to are alieno.
5. Sub legato ususfructus non venit legitimam.
6. In derahenda legitima filiorum que ratio haberi debeat de debitis hæreditariis illiquidis, dubijs & legitiosis.
7. Quid sit census vitalitatis.
8. Solutio legitima vel alterius debiti distributa in vitalitatem præstationem an dicatur fieri de sorte, vel de fructibus.

*Cardin. de Luca de Servitusibus.*

D I S C . LVIII.

**O**CTAVIVS Costa Albinganen, dives in Vrbe negotiator, per donationem inter vi-vos quedam castra & bona, quæ in Liguria habebat; Benedicto filio & successive ejus deſcen-dentibus cū ordine primogenitura dedit, moriens verò hæredem instituit Philippum ex dicto Bene-dicto nepotem secundogenitum sub administratio-ne Mariæ matris, & respectivè uxoris dicti Bene-dicti absens de aliqua imprudentia ſuſpecti, ea le-ge adiecta ut detrac-tis alimentis juxta modum præſcriptum percipiendis, alijsque necessarijs expenſis, reliqui exuberantes fructus & redditus ad fa-vorem dictæ primogenitura investiri & multipli-carui usque ad certum tempus deberent.

Sequuta morte testatoris, quinque filijs masculis & ſuperfluitibus, cum illis debita eſſet legitima im-portans diſmembrationem dimidij affis hæreditarij, prudens administratrix, ut hæreditatis & filiorum conditionem efficeret meliorem ad evitandam pro-prietatis bonorum ſciſuram & diſmembrationem, cum tribus ex filijs legitiman obtinere debentibus omnibus ecclæſticiſ, quorū unus erat Epifo-pus Albinganen, alter Eques Hierolymitanus, & alter clericus ſacularis, ſe concordare curavit, ut ſolum quadam annua ſeu menstrua vitalitia p-atione contenti forent.

Post viginti autem circiter annos, Benedicto defuncto, Octavius filius primogenitus ex eo ſuperflues major factus iudicium instituit contra Ma-riam matrem, & Philippum fratrem hæredem ut ſupra pro conſequotione illius investimenti, quod ex fructibus & redditibus exuberantibus juxta dicti testatoris præceptum factum eſſet vel fieri debuiſſet; Et introducta cauſa ex reſcripto Signaturæ gra-tiae coram A. C. cum voto duorum Locumtenen-tium, quamvis multa excitata fuſſent quæſiones, ea tamen in dd. fructuum exuberantium calculo fuit principalis & potiſſima, num ſcilicet annua ſeu menstrua præſtationes dictis tribus filijs loco legi-timæ in ſpatio annorum viginti & ultra ſolutæ de-trahenda eſſent ex fructibus, prætendente dicto Octavio ususfructario, ſeu fructuum exuberan-tium legatario, iſtud dobitum utpote in forte prin-ci-pali extinc-tum, ſpectare ad hæredem proprieta-rium, ex bonorum proprietate ſolvendum, non autem ex fructibus.

Licet enim Bar. in l. ſin. ff. de ususfr. legat, in ea fuerit ſententia, æ alienum ab ususfructuario ſeu de fructibus eſſe ſolvendum, hæc tamen ſententia communi fere omnium calculo eſt reprobata, ac omnino receptum eſt debita in forte principali ex ipſis bonis in forte ſolvenda eſſe, ſolunq[ue] ususfructuarium pati tontri eorum bonorum diſtra-ctionem ad hunc effectum, atque ſolum de fructi-bus ſolvenda eſſe onera annua ex fructibus ſolvi ſo-lita, quoties ſunt talia, quod ex eis commode poſ-funt ſatisfieri, itaut aliiquid pro legatario ususfructus ſuperfluit, neque legatum omnino inutile re-maneat, aliaſ etiam à proprietario, & de ipſis bonis ſolvenda ſunt, ex copioſe deductis per Caſtil. de ususfr. cap. 59. Ronit. dec. 43. adden. ad dec. 3. 6. par. 4. recent. rom. 3. ex num. 40. ubi ad ſatiatatem ha-bentur concordantes; Ideoque cum hoc eſſet de-bitum fortis principalis, de bonis in forte ſolven-dum erat per hæredem, non autem de fructibus ad legatarium ſpectantibus, & hæc quoad legitimam.

Quo verò ad alia debita, excitabatur per aliquos

**3** ex iudicantibus motivum, quod commodum medi⁹ temporis resultans ex creditorum hæreditatis negligētia seu dilatione, cedere debet ad beneficium usufructuarij, qui nulla facta detractione æris alieni adhuc non petiti vel non soluendi, fructibus omnium bonorum potiri debeat, neque hærcs proprietarius valeat se opponere, ut punctualiter firmat Borgvin. de usfr. mulier relatio par. 2. seu cap. 9. n. 21. In contrarium tamen sententiam ibat alter ex regula texti. in l. fin. ff. de usfr. & usfr. legat. & l. usfructu ff. ad l. falcid. ut scilicet legatum usufructus intelligatur solum de eo quod superest, detracto ære alieno, quod ante omnia deducendum est, quod absolute firmant superius allegati & ceteri da materia tractantes, & Ego confondo motivantem pro cliente addebam Rotæ auctoritatem dec. 329. num. 19. par. 10. & decif. 37. num. 7. & 8. par. 11. rec. ubi prædictis & alijs allegatis generaliter dicitur, debita prius detrahenda esse, ac usufructuarium consequi debere usufructum de eo, quod facta hujusmodi detractione superest.

Et in specie legitimæ, quæ utpotè libera ab omni onere non veniat sub hujusmodi dispositio-  
ne, intelligendo legatum solum de restanti bessē  
vel semisē est communis omnium traditio, de qua  
decif. 579. par. 5. rec. & frequenter.

Verum dubitabam hujusmodi conclusiones li-  
cet generaliter & abstracte verissimas, ad effectum  
scilicet ut filij, vel alij quibus debita est legitima,  
possint eam pleno jure consequi, nec teneantur  
dictum onus pati; Sive quod usufructuarium non  
possit creditoribus vel hæredi proprietario se op-  
ponere, ac impedit bonorum distractionem pro  
debitis solvendis; Non tamen percutere punctum  
controversie, ubi scilicet creditores, vel pro le-  
gitima, vel ex alia causa non urgent, sive credi-  
tum utpotè turbidum vel illiquidum indigat judi-  
ciali experientia, quo pendente percipitur fru-  
ctus vel utilitas ex bonis, quæ in hujusmodi cau-  
sam distrahi opus fuisset, si ab initio fieret detrac-  
cio, unde controversia non sit cum ipsis creditoribus, sed inter proprietarium & usufructuarium  
super consecutione hujus intermedij commodi vel  
fructus, & de hoc propriè & punctualiter agit Borg-  
vin. de usfr. loc. sic. ubi id probat ex ijs, qua à li-  
mili ex Rodor. Suarez & Cino habetur de debitis  
socialibus per unum ex socijs contractis, ut eorum  
dilatio tortius negotij socialis commido cedat,  
contra quam auctoritatem nullā adducebatur, qua  
hos terminos præcisè percuteret.

Solum Ego in contrarium adducbam ea, quæ  
in proposito detractionis legitimæ cum eadem ge-  
nerali regula facienda de eo quod superest detrac-  
cto ære alieno firmant DD. quoad ea debita, quæ  
essent dubia & illiquida, sive pro quibus credito-  
res negligentes vel absentes non urgerent; An scilicet ille, cui legitima debetur, consequi debet  
quotam omnium bonorum cum assumptione dd.  
onernm seu debitorum pro ejus rata, cavendo de  
relevando hæredem indemnam; Vel potius hæres  
possit detrahere, & penes se retinere tot bona, quæ  
importent dd., onerum satisfactionem cum obliga-  
tione supplendi quod superest, quatenus deter-  
geretur debita in toto vel in parte non subsisteret ex  
deductis per Francb. decif. 127. Mastrill. dec. 64.  
Amat. var. resol. cap. 39. n. 167. qui alios cumulat  
magis communiter partes hæredis tenentes.

Quidquid autē sit de hujus conclusionis veritate,  
adhuc tamen dubitabam illam percutere punctum

retentionis & cautelæ, non autem illum commod-  
& utilitatissimæ hac intermedia dilatione refulantis,  
in quo etiam in hoc simili haborem difficultatem  
contra hæredem, quia si defunctus viveret, & per  
aliquod tempus ob creditorum negligentiam vel  
benevolentiam, sive ob debiti illiquiditatem hoc  
dilationis beneficio potiretur, utique fructus vel  
commoda bonorum, quæ alias pro debitis solven-  
dis distrahere opus est, ad ipsum spectarent, &  
essent ejus bona libera, unde propterea ipso defun-  
cto spectare dicuntur ad hæreditatem pariter tan-  
quam liberam, quo posito intrat de plano partici-  
patio filij pro ejus quota, vel legatarij ut supra, &  
sic videbatur omnes dictas conclusiones esse veras  
ad suos effectus non tamen istum percutere.

Hæc tamen omnia discurrebam ad superabun-  
dantiam, & ut motivantibus satisficeret, sed præter  
casum controversie, quia quoad alia debita, nulla  
concurrebat creditorum negligentia vel benevolia  
dilatio, cum suis temporibus prompte satisfacta es-  
sent ex pecunia numerata in hæreditate remanfa-  
vel à nominibus dòbitorum exacta, & sic de re in-  
fructifera, unde nulli aderant fructus medij tempo-  
ris, de quorum pertinencia juxta casum positum per  
Borgnum disputare oportere; Idemq; pariter  
militabat respectu legitimæ, quia nulla concurre-  
bat dilatio, vel negligentia, sed illico hæres per  
quamdam transactionis seu novationis speciem, ad  
evitandam bonorum scissuram & diminutionem,  
illud debitum quod statim in tot bonis solvere debet-  
bat, convertere curavit in annuum seu mensu-  
ram vitalitiam præstationem, ut supra, itau resul-  
tare viderentur duo actus ex novatione resultare so-  
liti, Vnus nempe satisfactionis legitima in pretio  
quotæ bonorum ex quodam alio actu occulto ven-  
ditionis dictæ quotæ; Alter vero cujusdam census  
vitalitatis constituti ad favorem filiorum per hæredem  
cum sorte consistente in dicto pretio, cum aliud  
non sit census vitalitius, quam restitutio sorti in  
plures annos sub incerto vita eventu distributa, ut  
occasione locorum montium vacabilium habetur  
in Romana doris sub titulo de Regalibus ad mate-  
riam locorum montium dec. 28.

Et hunc dicebam propriè esse casum controver-  
sie, in qua regulæ abstracte considerata stabant pro  
legatorio contra hæredem, ut scilicet hujusmodi  
annua vel mensura præstationes, utpotè debitum  
fortis potius, quam fructuum, ad hæredem non  
autem ad usufructuarium spectaret, non inde tam-  
en resultabat effectus à legatario prætensus, ut  
scilicet calculatis integris fructibus ex omnibus bo-  
nis perceptis, eo modo, quo administratrix in parti-  
tis accepti se debitricem constituerat, & deletis dd.  
annuis vitalitatis præstationibus, de quibus eadem  
administratrix in partitis dati, & ut dicitur di-  
contro se descriperat creditricem, totum quod super-  
est detractionis alimentis & expensis ejus beneficia  
cederet; Hoc enim nullam habebat subsistentiam,  
quia diverso modo calculandum erat, detrahendo  
scilicet ab esse hæreditario ex ipso instanti mortis  
defuncti integrum quotam legitimam in tot bonis  
ad commodum hæredis ex persona propria tan-  
quam corundem bonorum emptoris seu cessionarij  
ex causa novationis, ut supra, quorum bono-  
rum fructus in calculo poni non deberent, sed cal-  
culandi tantum essent fructus bonorum remanen-  
tiuum, qui detractionis expensis à testatore præscrip-  
tis, si superessent ad legatarij favorem cedere de-  
berent.

Quo

Quo calculandi modo retento, resultabat diversus effectus quam ab ipso legatario speratus; quoniam ita fructus exuberantes in longe minori summa remanebant, dum facta dictorum bonorum detractione ab initio fructus aliorum restantium erant minores, ideoque dicebam intrare dilemma clarum, & inevitabile, quod aut legatarius qui etiam erat heredi substitutus volebat hujusmodi prudentem conventionem pro hereditatis utilitate initam conferi gestam nomine hereditario, & ad commodum hereditatis, & debebat acquiescere, approbando administraticis calculum aut non approbabat, itaut dictus aetus sive bonum sive malum eventum habuisset, concerneret proprium & particolare negotium heredis, & inevitabilis remanebat necessitas dicto alio modo calculandi, & in hoc insinuabam consistere cause punctionum, non autem in alio tractato per Boëgningum ubi supra. Et istam credebam esse veritatem, qua cognita per Signaturam gratia causa cum clausula translativa commissa fuit in Rota ubi pendet, & de alijs articulis super eadem causa habetur sub tit. de detractionibus ad materiam legitima, & forsan alibi.

R O M A N A  
A N N V A E P R A E S T A T I O N I S  
P R O  
H E R C U L E R O N C A L L O  
C U M  
C A R D I N A L I B A R B E R I N O.

Casus determinatus per A. C. ad favorem  
Cardinalis.

Vlusfructus, vel aliud ius vitalium, An cediposse, & quatenus de consensu proprietarij, vel dicti juris debitoris cedatur, An & ex cuius persona cessare & extingui dicatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Causa controversia;
- 2 Transmutatio personae in societate officij qualiter consensum exigatur.
- 3 Pensiones ecclesiasticae regulantur cum terminis ususfructus.
- 4 Vlusfructus cessus, an residere dicatur in cedente vel in cessionario, & ex cuius persona cesser.
- 5 Quid in emphyteusi cessa, an attendatur persona cedentis vel cessionary.
- 6 Qualis consensus exigatur in mutatione periclitiva, & quando ille dicatur praestitus.

D I S C . L I X

C Cardinalis Franciscus Barberinus de anno 1644. annuam præstationem scutorum 200. elargitus fuit Brunoro Buzzaccarino, huic solvendam ejus vita naturali durante; Cumque de Cardinale Luca de Servitiusibus,

anno 1645. Buzzaccarinus dictam præstationem vendidisset. Herculi Roncallo pro scut. 1170. sub conditione tamen consensu ejusdem Cardinalis, sine quo pecunia penes mercatorem deposita solvi non deberet, idem Cardinalis eodem Buzzaccarino præsente Roncallo tamen absente, dictum consensum præstitit, sub ea tamen lege & pacto, per Buzzaccarinum acceptato, quod periculum vite transferretur in personam ipsiusfnet Cardinalis, itaut cum istius, non autem cum Buzzaccarini vita dicta præstatio extingui debebet, cuius consensus vigore cedens obtinuit a mercatore dicti precij depositati solutionem, atq; cessionarius obtinere coepit exactionem, in qua continuavit usque ad annum 1650.

Sed quia hoc medio tempore Buzzaccarinus obiit, habita de hoc notitia per Cardinalem, successivam solutionem dictæ præstationis ut potè per dictam mortem extinta denegavit, unde orta controversia coram A. C. hic, seu ejus locumtenens absoloriorum Cardinali dedit, ex eo motu fundamento quod cum Roncallius cessionarius dictam periculi vite transmutationem nunquam acceperaverit, præstatio adhuc duraret, atque substantiata maneret in persona dicti Buzzaccarini cedentis, procedendo cum terminis transmutationis periculi vite fieri solitæ in societatibus officij, in qua idem judex me obtinente, mensibus præcedentibus judicaverat, ad illius validitatem necessarium esse expressum consensum cessionarij, seu ejus, de cuius principali interest agitur, prout in eadem causa, qua est in Romana Societatis officij pro Casare Columna, ejusque judicium in gradu appellativis approbatum fuit à Rota, ut constat ex decisione defuper edita 2. May 1659. coram Melio, & de eadem habetur sub tit. de Societatibus officiorum.

Verum ad veritatem reflectendo parum probabilis mihi visa est determinatio, dictumque simile nullatenus intrare videbatur propter omnimodam terminorum, & rationis disparitatem; In terminis enim societatum officij juxta præmissum casum, recte judicatum fuit ex duplice ratione; Vna nempe obviandi fraudibus, qua per callidos scenatores ad pallianas usuras committi solent, satagendo exigere fructus ad rigorosam rationem duodecim pro cententario absque periculo, quod ita effugere credunt, ut in dicta causa deductum habetur; Et altera, quia cum societas esset inter duos contrahentes jam conventa, & substantiata sub periculo certæ personæ, non poterat unus ex eis absque consensu alterius eam dissolvere vel innovare.

Qui termini nullatenus in proposito cedebant, quia nullum concurrebat mutuum verum vel interpretativum, nullaque proinde intrabat suspicio usura, sed versabamur in simplici donatione annuæ vitalitæ præstationis regulandæ cum terminis ususfructus, cum quibus beneficialistæ, quamvis in omnibus non bene, regulant etiam pensiones Ecclesiasticæ, ut habetur in Albanen. pensionis sub tit. de pensionibus.

Quoties tamen ususfructus vel aliud simile ius vitalium de uno in alterum transfertur cum consensu proprietarij, seu ejusdem juris debitoris, cuius principaliter interest unam vel alteram personam immutari vel non, tunc proprietarij vel debitoris consensu novationem operatur, per quam extincto priori ususfructu, vel jure substantiato in persona cedentis, censetur ex integro per actum occultum novi contractus efformatus novus ususfructus, seu constitutum novum ius in persona cessionaria.